Quelle: http://manuscripta.at/?ID=818
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Leopoldus inclite memorie quondam Marchio illustre: quia pius et iust: et virtutum omnium nitidus spiralbat deinde omnipotens. Agnem Imperatoris Henrici quarti filiam geminia virtute nitentem sibi coniugem sociauit. Hi sicut vnum erant corpus ita et quasi vno spiritu que dei sunt cogitabant. Cum igitur ob honorem dei et animarum suarum salutem Ecclesiam construere et dotare decreuissent et locum pro constituenda Ecclesia deo placitum scire ex aliquo diuino indicio affectassent. statim subquieto et tranquillo aere surgente ventus valudus flammeolum capitum spiralate agnetis auellens in longinquum suo impetu deportauit. Deinde lapsis nouem annis Marchio predictus vera cognitionis actum exercens flammeolum capitum sue coniugis auulsum ut predixi suis fratribus inuenit integrum et illesum. quod ut bonorum arcanum pro diuino indicio loca construende Ecclesie gratanter accepit locum quoque pro edificio Ecclesie disponi fecit. ubi hodie Ecclesia in Nuwenburg iugi diuinorum cultu per regulares canonicos frequentatur. Deputatis quoque locis pro Ecclesia in Nuwenburg iam dicta et pro Monasterio sancte Crucis ordinis Cysterciensis construendis et eisdem iam aptatis et dispositis Marchio predictus per fora singula Ciuitatum et ciuitatum suarum continuato quinquennio mandauit publice proclamari. ut quicunque ius in fundo eorundem locorum haberet recuperet pecuniam pro eodem. Ita ciuitatum quoque de iure suo quod habebant in fundo eorundem locorum dederunt duplum pecunie soluebat. Sic anno dni. M°. C°. xxiij°. Incepta est fundari Nuwenburgensis basilica.